



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

422. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

190 R E G I N O N I S L I B. I.
contra eos decretam cessationem pro nihilo
reputans, tanquam Clericos fortasse susceperit,
velut magister inquietudinis communione
privetur.

Ut alienum Clericum nemo suscipiat. *Ex
decretis Leonis Episcopi.*

Decreta Leo-
nis I. c. 39.

CCCCXX. Alienum Clericum invito
Episcopo ipsius nemo suscipiat, nemo sollicitet,
nisi fortè ex placito caritatis id interdantem
accipientemque conveniat. Nam gravis
injuriæ reus est qui de fratris Ecclesia id quod
est utilius aut pretiosius audet vel * abicere vel
tenere.

* In epistola
Leonis, allie-
cere

De transfugis Clericis.

Decreta Leo-
nis I. c. 39.

CCCCXXI. Itaque si intra provinciam
res agitur, transfugam Clericum ad Ecclesiam
suam Metropolitanus redire compellat. Si au-
tem longius recessit, tui præcepti auctoritate
revocabitur.

*In editione Helmaestadiensi & in codice
Parisiensi legitur, sui præcepti auctoritate
revocabitur. Verùm sensus repugnat. Pre-
terea in omnibus epistolarum Leonis editio-
nibus legitur tui. Agitur enim heic de aucto-
ritate Anastasij Episcopi Theſsalonicensis in
provinciis Illyricianis. Vide lib. 5. de con-
cordia sacerdotij & imperij cap. 27. §. 5.*

Unde suprâ.

Regula S. Fer-
reoli c. 20.
Burchard. 1. b.
8. c. 26.

CCCCXXII. Fugitivum verò Cleri-
cum, aut monachum deserentem disciplinam,
veluti contemptorem placuit revocare.